



22122964



International Baccalaureate®
Baccalauréat International
Bachillerato Internacional

**LATIN
HIGHER LEVEL
PAPER 2**

Wednesday 16 May 2012 (morning)

2 hours

INSTRUCTIONS TO CANDIDATES

- Do not open this examination paper until instructed to do so.
- Answer four questions from two genres only.
- The maximum mark for this examination paper is [44 marks].

Answer four questions from two genres only. These questions should be taken from the two genres you have studied.

Genre: Elegiac and Lyric poetry

Question 1. Horace *Odes 3.29.49–64*

Fortuna saevo laeta negotio et
 50 ludum insolentem ludere pertinax
 transmutat incertos honores,
 nunc mihi, nunc alii benigna.
 laudo manentem; si celeris quatit
 pinnas, resigno quae dedit et mea
 55 virtute me involvo probamque
 pauperiem sine dote quaero.
 non est meum, si mugiat Africis
 malus procellis, ad miseras preces
 decurrere et votis pacisci,
 60 ne Cypriae Tyriaeque merces
 addant avaro divitias mari;
 tunc me biremis praesidio scaphae
 tutum per Aegaeos tumultus
 aura feret geminusque Pollux.

- (a) Translate *Fortuna ... benigna* (lines 49–52). [3 marks]
- (b) *si celeris ... quaero* (lines 53–56). How is Horace going to react to a change in his fortunes? [2 marks]
- (c) What do *Cypriae* and *Tyriae* (line 60) refer to? [2 marks]
- (d) *non est ... Pollux* (lines 57–64). Explain the metaphor, showing how Horace proceeds to apply it to himself. [3 marks]

Genre: Elegiac and Lyric poetry**Question 2. Catullus 84**

“chommoda” dicebat, si quando “commoda” vellet
dicere, et “insidias” Arrius “hinsidias”,
et tum mirifice sperabat se esse locutum,
cum quantum poterat dixerat “hinsidias”.
5 credo, sic mater, sic liber avunculus eius.
 sic maternus avus dixerat atque avia.
hoc misso in Syriam requierant omnibus aures
 audibant eadem haec leniter et leviter,
nec sibi postilla metuebant talia verba,
10 cum subito affertur nuntius horribilis,
Ionios fluctus, postquam illuc Arrius isset,
 iam non Ionios esse sed Hionios.

- (a) Scan lines 1–2 (*chommoda* … *hinsidias*). [2 marks]
- (b) What peculiarity of Arrius’s use of language is ridiculed in this poem? [2 marks]
- (c) Distinguish **four** different types of humour in this poem. Use quotations to illustrate each type of humour. [8 marks]

Genre: Epic**Question 3. Virgil *Aeneid* 6.888–901**

quae postquam Anchises natum per singula duxit
incenditque animum famae venientis amore,
890 exim bella viro memorat quae deinde gerenda,
Laurentisque docet populos urbemque Latini,
et quo quemque modo fugiatque feratque laborem.
sunt geminae Somni portae, quarum altera fertur
cornea, qua veris facilis datur exitus umbris,
895 altera carenti perfecta nitens elephanto,
sed falsa ad caelum mittunt insomnia Manes.
his ibi tum natum Anchises unaque Sibyllam
prosequitur dictis portaque emittit eburna,
ille viam secat ad navis sociosque revisit.
900 tum se ad Caietae recto fert limite portum.
ancora de prora iacitur; stant litore puppes.

- (a) *quae postquam ... laborem* (lines 888–892). Give **two** details about the content of Anchises's speech to his son. What is the overall purpose of his speech? [3 marks]
- (b) *sunt ... Manes* (lines 893–896). Summarize the ancient belief being described in these lines. [3 marks]
- (c) How does Aeneas appear in this extract? Give **two** details with evidence from the text. [2 marks]
- (d) From the whole extract identify **two** examples of Virgil's poetic technique. [2 marks]

Genre: Epic**Question 4. Virgil *Aeneid* 6.735–751**

735 quin et supremo cum lumine vita reliquit,
 non tamen omne malum miseris nec funditus omnes
 corporeae excedunt pestes, penitusque necesse est
 multa diu concreta modis inolescere miris.
 ergo exercentur poenis veterumque malorum
 740 supplicia expendunt: aliae panduntur inanes
 suspensae ad ventos, aliis sub gurgite vasto
 infectum eluitur scelus aut exuritur igni:
 quisque suos patimur manis. exinde per amplum
 mittimur Elysium et pauci laeta arva tenemus,
 745 donec longa dies perfecto temporis orbe
 concretam exemit labem, purumque relinquit
 aetherium sensum atque aurai simplicis ignem.
 has omnis, ubi mille rotam volvere per annos,
 Lethaeum ad fluvium deus evocat agmine magno,
 750 scilicet immemores supera ut convexa revisant
 rursus, et incipient in corpora velle reverti.

- (a) Scan lines 736–737 (*non tamen ... necesse est*). [2 marks]
- (b) Translate *aliae ... manis* (lines 740–743). [2 marks]
- (c) Name the central religious concept being expounded in this extract. Identify **three** aspects of the poetic art by which Virgil creates sublimity and pathos in his exposition. Illustrate your answer with relevant quotations. [8 marks]

Genre: Historiography

Question 5. Livy 1.57.1–5, 10–11

Ardeam Rutuli habebant, gens, ut in ea regione atque in ea aetate, divitiis praepollens; eaque ipsa causa belli fuit, quod rex Romanus cum ipse ditari, exhaustus magnificentia publicorum operum, tum praeda delenire popularium animos studebat, praeter aliam superbiam regno infestos etiam quod se in fabrorum ministeriis ac servili tam diu habitos opere ab rege 5 indignabantur. temptata res est, si primo impetu capi Ardea posset: ubi id parum processit, obsidione munitionibusque coepti premi hostes. in his stativis, ut fit longo magis quam acri bello, satis liberi commeatus erant, primoribus tamen magis quam militibus; regii quidem iuvenes interdum otium conviviis comisationibusque inter se terebant.

[...]

adveniens vir Tarquiniique excepti benigne; victor maritus comiter invitat regios iuvenes.
10 ibi Sextus Tarquinium mala libido Lucretiae per vim stuprandae capit; cum forma, tum spectata castitas incitat. et tum quidem ab nocturno iuvenali ludo in castra redeunt.

- (a) *Ardeam ... praepollens* (line 1). Identify **two** features which illustrate Livy's narrative skill there. [2 marks]
- (b) *eaque ipsa ... indignabantur* (lines 2–5). What reasons has the Roman king to attack the Rutulians? [3 marks]
- (c) *temptata res ... terebant* (lines 5–8). What **two** details are emphasized in these lines as contributing to extending the narrative? [2 marks]
- (d) Translate *adveniens ... redeunt* (lines 9–11). [3 marks]

Genre: Historiography**Question 6. Livy 1.58.1–5**

paucis interiectis diebus Sextus Tarquinius inscio Collatino cum comite uno Collatiam venit. ubi exceptus benigne ab ignaris consilii cum post cenam in hospitale cubiculum deductus esset, amore ardens, postquam satis tuta circa sopitique omnes videbantur, stricto gladio ad dormientem Lucretiam venit sinistraque manu mulieris pectore oppresso “tace, Lucretia” inquit; 5 “Sextus Tarquinius sum; ferrum in manu est; moriere, si emiseris vocem.” cum pavida ex somno mulier nullam opem, prope mortem imminentem videret, tum Tarquinius fateri amorem, orare, miscere precibus minas, versare in omnes partes muliebrem animum. ubi obstinatam videbat et ne mortis quidem metu inclinari, addit ad metum dedecus: cum mortua iugulatum servum nudum positurum ait, ut in sordido adulterio necata dicatur. quo terrore cum vicisset obstinatam 10 pudicitiam velut vi victrix libido, profectusque inde Tarquinius ferox expugnato decore muliebri esset, Lucretia maesta tanto malo nuntium Romam eundem ad patrem Ardeamque ad virum mittit, ut cum singulis fidelibus amicis veniant; ita facto maturatoque opus esse; rem atrocem incidisse.

- (a) Who is Sextus Tarquinius (line 1)? Place the opening of this section in a brief narrative context. [2 marks]
- (b) How does Livy make it clear that Lucretia’s household was not aware of the plot at the centre of this extract? Give **two** details from the text. [2 marks]
- (c) Show how, through his narrative art, Livy creates a dramatic depiction of the actions of the main characters in this episode. Refer closely to the Latin. [8 marks]

Genre: Letters**Question 7. Pliny *Letters* 4.13.3–8**

proxime cum in patria mea fui, venit ad me salutandum municipis mei filius praetextatus. huic ego “studes?” inquam. respondit: “etiam.” “ubi?” “Mediolani.” “cur non hic?” et pater eius erat enim una atque etiam ipse adduxerat puerum: “quia nulos hic praeceptores habemus.” “quare nulos? nam vehementer intererat vestra, qui patres estis” et opportune complures patres audiebant
5 “liberos vestros hic potissimum discere. ubi enim aut iucundius morarentur quam in patria aut pudicius continerentur quam sub oculis parentum aut minore sumptu quam domi? quantulum est ergo collata pecunia conducere praeceptores, quodque nunc in habitationes, in viatica, in ea quae peregre emuntur omnia autem peregre emuntur impenditis, adipisci mercedibus? atque adeo ego,
10 qui nondum liberos habeo, paratus sum pro re publica nostra, quasi pro filia vel parente, tertiam partem eius quod conferre vobis placebit dare. totum etiam pollicerer, nisi timerem ne hoc munus meum quandoque ambitu corrumperetur, ut accidere multis in locis video, in quibus praeceptores publice conducuntur. huic vitio occurri uno remedio potest, si parentibus solis ius conducendi relinquatur, isdemque religio recte iudicandi necessitate collationis addatur.”

- (a) Explain the use of *praetextatus* (line 1) in this context. [2 marks]
- (b) *huic ... discere* (lines 2–5). Explain how Pliny makes this exchange vivid. Give **three** examples to illustrate your answer. [3 marks]
- (c) *ubi enim ... mercedibus* (lines 5–8). What **three** arguments does Pliny use to reinforce his point? [3 marks]
- (d) *atque adeo ... addatur* (lines 8–13). What is Pliny’s offer? Why does he not take on a bigger commitment? [2 marks]

Genre: Letters**Question 8. Pliny *Letters* 5.19.2–9**

quod si essem natura asperior et durior, frangeret me tamen infirmitas liberti mei
Zosimi, cui tanto maior humanitas exhibenda est, quanto nunc illa magis eget. homo probus
officiosus litteratus; et ars quidem eius et quasi inscriptio comoedus, in qua plurimum facit.
nam pronuntiat acriter sapienter apte decenter etiam; utitur et cithara perite, ultra quam
5 comoedo necesse est. idem tam commode orationes et historias et carmina legit, ut hoc solum
didicisse videatur. haec tibi sedulo exposui, quo magis scires, quam multa unus mihi et quam
iucunda ministeria praestaret. accedit longa iam caritas hominis, quam ipsa pericula auxerunt.
est enim ita natura comparatum, ut nihil aeque amorem incitet et accendat quam carendi
10 metus; quem ego pro hoc non semel patior. nam ante aliquot annos, dum intente instanterque
pronuntiat, sanguinem reiecit atque ob hoc in Aegyptum missus a me post longam
peregrinationem confirmatus rediit nuper; deinde dum per continuos dies nimis imperat voci,
veteris infirmitatis tussicula admonitus rursus sanguinem reddidit. qua ex causa destinavi eum
15 mittere in praedia tua, quae Foro Iulii possides. audivi enim te saepe referentem esse ibi et
aera salubrem et lac eiusmodi curationibus accommodatissimum. rogo ergo scribas tuis, ut
illi villa, ut domus pateat, offerant etiam sumptibus eius, si quid opus erit.

- (a) *quod ... eget* (lines 1–2). Give **two** details about Zosimus. [2 marks]
- (b) Translate *homo ... necesse est* (lines 2–5). [2 marks]
- (c) Show how Pliny's stylistic skill enhances his portrayal of Zosimus in this extract.
Use relevant quotations to illustrate your answer, making at least **four** points. [8 marks]

Genre: Satire**Question 9. Juvenal *Satires* 1.127–144**

ipse dies pulchro distinguitur ordine rerum:
 sportula, deinde forum iurisque peritus Apollo
 atque triumphales, inter quas ausus habere
 130 nescio quis titulos Aegyptius atque Arabarches,
 cuius ad effigiem non tantum meiere fas est.
 vestibulis abeunt veteres lassique clientes
 votaque deponunt, quamquam longissima cenae
 spes homini; caulis miseris atque ignis emendus.
 135 optima silvarum interea pelagique vorabit
 rex horum vacuisque toris tantum ipse iacebit.
 nam de tot pulchris et latis orbibus et tam
 antiquis una comedunt patrimonia mensa.
 nullus iam parasitus erit. sed quis ferat istas
 140 luxuriae sordes? quanta est gula quae sibi totos
 ponit apros, animal propter convivia natum!
 poena tamen praesens, cum tu deponis amictus
 turgidus et crudum pavonem in balnea portas.
 hinc subitae mortes atque intestata senectus.

- (a) *ipse … fas est* (lines 127–131). Briefly explain **two** of the engagements at the beginning of the day. [3 marks]
- (b) Translate *vestibulis … emendus* (lines 132–134). [3 marks]
- (c) Scan lines 137–138 (*nam de tot … mensa*). [2 marks]
- (d) *quanta est … senectus* (lines 140–144). What vice is being ridiculed here? Name and quote **one** literary device used to enliven these lines. [2 marks]

Genre: Satire**Question 10. Juvenal *Satires* 1.63–80**

nonne libet medio ceras implere capaces
quadrivio, cum iam sexta cervice feratur
65 hinc atque inde patens ac nuda paene cathedra
et multum referens de Maecenate supino
signator falsi, qui se lautm atque beatum
exiguis tabulis et gemma fecerit uda?
occurrit matrona potens, quae molle Calenum
70 porrectura viro miscet sitiente rubetam
instituitque rudes melior Lucusta propinquas
per famam et populum nigros efferre maritos.
aude aliquid brevibus Gyaris et carcere dignum,
si uis esse aliquid. probitas laudatur et alget;
75 criminibus debent hortos, praetoria, mensas,
argentum vetus et stantem extra pocula caprum.
quem patitur dormire nurus corruptor avarae,
quem sponsae turpes et praetextatus adulter?
si natura negat, facit indignatio uersum
80 qualemcumque potest, quales ego vel Cluvienus.

- (a) Line 66, what does the proper name symbolize here? What figure of speech does this use illustrate? [2 marks]
 - (b) Line 71, give **two** details about Lucusta. [2 marks]
 - (c) How characteristic is this extract of Juvenal's satiric art? Make at least **four** points supporting your answer with relevant quotations from the text. [8 marks]
-